

Johannes hus heresi
archa



Johannes hus obscuro loco natus. ex villa hus quod anserē significat cogno-
mētū mutuat. Hic cū esset ingenio patri & lingua disertus multūq; dialiticis
oblectatus. & peregrinas opīones amaret. Quide admodū wiclefistarū doctri-
nam arripuit. Iheronimū hominē eloquentē condiscipulū prage habuit. Pla-
cuit sigismundo impatore suadente patribus in concilio constantiensi ut bohemia sa-
nari possit iohannē & iheronimū ad synodū euocari. qui cum ceteris eius regni
doctiores. tū quia doctores ac heresum principes habebant. uouerūt ambo nō
tā uerecunde aliena discere q̄ sua imprudenter ingerere parati. docendi quippe
q̄ discendi cupidiores. & auditi sunt in confessu patrū. Iohānes etate & auctorita-
te maior habitus. doctrina & facundia superior iheronimus. Lecti ex omni nati-
one patres diuini atq; humani iuris doctores. sepe cū his colloquiū habuere.

Iheronimus hereticus
dogmata eorū a lege diuina aliena esse monstrarunt. neq; bonis conducere mo-
ribus. rogauerunt ne plus sapere quā ecclesia uellent. peregrinas opīones re-
linquerent. ingenia sua wiclefistarū insania ne fedarent. in edocendis populis
nō edocendis exercerent. possent in conspectu dei & in ecclesia militanti sublimē
consequi locum. Steterē in proposito pīnaces bohemoz animi. seuerantes se san-
cti euangelij emulatores. se xpī discipulos esse. Romanā ecclesiam longe a tra-
ditionibus aploz abijisse. que opes & delicias sectaret. dominatū in populis ex-
quireret. canes equos alerent. ecclesiarū bona que xpī pauperibus deberentur
per lasciuā luxūq; psumerent. Primores magne synodis ubi pīnatiā & im-
mutabiles animos perditoz hoīm animaduertit. membra ecclesie putrida que
sanari non poterant ne reliquū corpus inficerent resecanda censuerūt. Lata est in confessu patrū aduersus
contumaces sententia cremandos esse q̄ doctrinā ecclesie respuerēt. Prior iohannes igī robustus ē. ihero-
nimus. ccc. xl. diebus postea in uinculis habitus cū resipiscere nollet sed descendens in laudationem Jo-
hannis huffi dudū ad ignem damnati uirū illum iustū & sanctū appellans illa morte indignum. se quoq;
paratū quoduis supplicij adire forti animo & constanti. Adulti illū accessere uiri eruditissimi. p̄cipue car-
dinalis florentinus ut a sua sententia dimouerent. sed cū pīnaciū in erroribus p̄seuerabat p̄ consilium
heresi damnatus & igni robustus iocunda fronte ad incendiū p̄perauit. flamma adhibita canere cepit ym-
p̄nū que fumus & ignis uix interrupit. Nemo philosophoz tam forti animo mortē p̄tulisse p̄hibet. Cine-
res exustorū ne raperent a bohemis in lacū proiecti. discipuli eoz ex eo solo terrā abstulere in quo ignis
fuit. eamq; ueluti sacrā secum attulere in patriā. Iohannes & iheronimus apud bohemos martirū bono
res meruere. nec minores q̄ petrus & paulus apud romanos habiti. Nunciatis em̄ in bohemia que con-
stantie gesta fuerunt discipuli eoz sequacesq; omnes in unū conuenientes memoriam in primis defuncto
Iohannes rochezana rum consecrant. celebrandamq; quotannis decernunt.



Johannes rochezana heresiarcha apud bohemos p̄ longa tpa p̄fidia semi-
nauit. Oppidulū est pragensis ecclesie nō longe a pelzina cui rochezana ē
nomen. Ex hoc loco puer obscuris parentibus censuq; tenuissimo natus iohā-
nes nomine pragam uenit mendicatuq; victū querens grāmaticam & dyaleti-
cam didicit. Cū adoleuisset nobilis cuiusdā pedagogus fact' ē. & cū ualere in-
genio linguaq; p̄mptus esset in collegio pauperū recept' auditor iacobelli fuy-
it. Postremo p̄sbiter ordinatus p̄dicare uerbū dei pragensibus cepit. Ex oppi-
do unde ortū habuit rochezane cognomen ducente. & in de noie & auctoritate
ualebat. & cū basiliensis sinodus bohemis scripsit ut legatos mitterent. inter
legationē. ccc. equitū ad basileā missam iohannes rochezana pseudo pragensis apostolus deputatus fuy-
it. Et postea sedente prage sigismundo pro tribunali in foro ciuitatis rochezana cū quatuor p̄sbiteris no-
mine totius cleri obedientiā romane ecclesie sese p̄testare p̄fessus est. & sequenti die absoluti ab anathe-
mate & p̄ legatos concilij in ecclesiam introducti rochezane p̄fidie sue non imemor altare accedēs diuina re p̄-
acta unī que iusserat ex laicis adesse sacramentū ex calice dedit. quū alter ex concilio legatus id sibi nō li-
cere assereret. in quo errore p̄seuerans tandem senio defecit.



Leonhardū aretinū p̄m & oratorē ac historicum elegantissimū ac p̄batū tē-
pestate istac floruisse constat. eo q̄ innocentiū septimi. gregoriū duodecimi.
alexandri & iohannis. xxiij. pon. ro. vsq; ad conciliū Constantie summa integra-
te fide secretarij officij administrasset. deinde a florentino populo accitus cancel-
larie generalis sibi cura demandata vsq; ad extremū uite tps gessit. Inter uiros
illustres ob dicendi elegantia oībus p̄ferendus est. Cū esset optime doctus licet
multis occupatis negocijs ea t̄n scribere uoluit. & p̄mo cū adhuc grecis auctori-
bus operā daret Basiliū de instituendis discipulis transtulit. Citā q̄ uiroz illu-
strū in plutarcho & uitā ciceronis p̄posuit. Transtulit q̄ libellū xenophontis de
tyranno. & aliquos libros platonis. Ex aristotele economicū ethicoz & politico-
rū libros. historiā gothoz edidit. volumē etiā eplaz ac sui t̄pis historiā. de lau-
dibus florentie & rebus florentinoz. cuius historie cā senatus ei singulare pre-
miū vsq; ad mortē p̄stituit. Que q̄dē mors fuit anno dñi. 1443. cū esset etatis anoz. 74. Adulta p̄terea
alia composuit in quibus dicendi elegantia & summa ipius ingenij uis apparet.